


NUMMUS ICONICUS

JOHANNIS EPISCOPI ARGENTINENSIS: Alsatia Landgravij, & Comitis in Mander-
scheid, &c. cum monitorio Canonico-
rum protestantium: cusi Anno
Christi 1584.



Estè Historicorum quidam, novi belli incendium in Alsatia, è Colonienſis belli cineribus excitatum fuiſſe, ſcribit. Cum enim per Episcopum Vercellenſem non Gebhardus modò, ſed tres cum eo Canonici, Georgius Comes Witgenſteinus: Hermannus Comes Solmenſis, & Johannes Baro à Winnenberg à communione Eccleſiæ fulminatione Pontificiâ, ſeparatì, ſuiſque dignitatibus exuti fuiſſent: ijdem verò Cathedralis Eccleſiæ Argentinenſis Collegio eſſent aſcripti, ſatis ſuperque cauſæ oblatum ſibi cenſuerunt Pontificiæ religionis Canonici, cur ſodales hoſce ſuos, cumque iis Erneſtum Comitem Mansfeldenſem, partes eorum tutantem, collegio ſuo exturbarent. Itaque non